

SERENISSIME  
PRINCEPS ELECTOR,  
CLEMENTISSIME DOMINE!

 M ateriam ad pagellas hasce  
conscriptendas necessariam  
suppeditârunt Juliæ &  
Montium ducatus. Hausi itaque è prop-  
prio SERENITATIS TUÆ Fonte: id quod  
vel unicum me, si non ex aliis plurimis  
capitibus officii mei commonerer, ener-  
gice satis hortabatur, ut tenuem hunc  
A 3                    qualem-

SERENISSIME  
PRINCIPIS DIRECTOR  
CLEMENTISSIME DOMINI

qualemcumque conatum ad ELECT.  
SERENITATIS TUÆ pedes, qua par est,  
animi demissione deponerem, Flu-  
entorum secutus indolem, quæ grata  
quodammodo ad Oceanum redeunt, à  
quo suas aquas mutuantur.

Hunc ego fructum inde me collectu-  
rum sperem, ut, dum Mineralium Pa-  
triæ Thesaurorum Synopsin, facta mihi  
ad id antè gratiosissimâ potestate, Sere-  
nissimis oculis perlustrandam propono,  
singu-

singularem ELECT. SERENITATIS TUÆ,  
tanquam patriæ Patris gratiam sim con-  
secuturus, quâ erector, fultusque majo-  
ribus deinceps animis pergam perscru-  
tari, quæ è fertilissimo patrii soli sinu  
pronascuntur, Deum optimum maxi-  
mum indies orans, ut ELECT. SERENI-  
TATEM TUAM in seros annos servet inco-  
lumem, ac publicæ Subditorum sibi salu-  
tis Conservatorem, & Protectorem, nec  
non studii Physio-mineralogici Fauto-

rem, Promotoremque munificentissi-  
mum perenni fælicitate in terris augeat,  
atque æternâ dein in Cœlis gloriâ Me-  
ritorum exornet,

SERENITATIS TUÆ  
**ELECTORALIS**

DEVOTISSIMUS CLIENS  
FRANCISCUS BEUTH.